

guinis effusione vel sine, nulla acusa per dominium Tergesti modo aliquo recipi possit nec debeat, nec etiam de predictis aliquam facere inquisitionem, etiam si per lesam querela(m) pervenerit; et si aliquis parens vel dominus corexerit vel verberaverit filium vel filiam suam nepotem vel neptem vel quemlibet alium familiarem vel subdictum suum, permanentem et stantem secum in domo ad locum et larem, quod per dominium Tergesti procedi non possit contra tales per inquisitionem vel querelam modo aliquo vel ingenio, cum predictis parentibus vel // dominis sit permissa castigatio predictorum ad sui libitum voluntatis; et si per dominium Tergesti contra predictos omnes tales in condemnatione procederetur, quod talis condemnatio vel processus sit cassus et nullius valoris, semper statutis de homicidio membri obtruncatione et membro mancho in suo ¹⁾ robore duraturis, quibus per presens statutum in aliquo non derogetur; ac etiam de acusis meretricum in postribulo permanentium et ribaldorum publicorum, quod in discretione domini remaneat si eorum acuse sunt recipiende vel non. ¶ Item quod de aliqua questione maleficii habita inter parentes et eorum filios vel filias sibi non subdictas, et inter fratres et sorores sibi non subdictas, vel filios sive filias eorundem fratrum vel sororum non subdictos vel subdictas, ²⁾ per dominium Tergesti aliqua inquisitio sive requisitio fieri non debeat, nisi interveniente querela per lesum. Salvis semper statutis de omicidio ³⁾ me[n]bro mancho et truncho, quod in suo ⁴⁾ robore debeant permanere. ¶ Si vero per aliquem vel aliquos cives Tergesti contra aliquem alium civem Tergesti commissum fuerit aliquod malefictum extra civitatem et districtum Tergesti, ubique locorum, sine morte, et in eo loco ubi factum esset malefictum facta esset correctio sive punitio eiusdem maleficti, tunc potestas vel vicarius // loco potestatis sive rectores civitatis Tergesti facere non debeant rationem de dicto malefictio, et si in loco maleficti non fuerit facta punitio ipsius delicti, tunc procedatur per dominium Tergesti contra malefactorem secundum

¹⁾ suis. ²⁾ subdictos. ³⁾ omicidii membri manchi et trunchi. ⁴⁾ suis.
Stat 1365: sui.